

16 Lavatum pedes Tobias junior, Angelo comite, pergit in Tigrim; & ecce piscis immanis exiit ad devorandum eum: quem expavescentis Tobias clamavit voce magna dicens: Domine inoadit me. Et dixit ei Angelus: Apprehende branchiam eius, & trabe eum ad te: quodcum fecisset, attraxit eum in secum, & palpitare cepit ante pedes eius. Ita victus, quia ausus laedere icionum, & victus transijt in victum. Partes comeduntur, partes pisces servantur, quippe non totum appositum comedendum: hinc N. Patriarcha cap. 39. inquit: Ut forte qui ex uno non poterit edere, ex alio reficiatur. Aliquid sumitur, & aliquid relinquatur. Alia etiam de pisce servata, quia haec necessaria ad medicamenta. Cuncta observat Doctissimus Sanctius hic num. 10. Videbat Angelus (subdit) quantum inae foret eventura commoditas, quanta Dei subsecutura gloria, cum ex eo pisce, qui modò horribile videbatur allaturus exitium; cibum sumerent, & medicinam, quae diabolum arceret, & amissam oculorum aciem restitueret. Ecce historia: non secus noleamus observare icionia. Ex ingluvie carnum & piscium, languens prolixum contraxit habituale morbum. Quadragesima appropinquat. In salutem pisces edat, quippe icionium levamen infirmitatis, & alimentum salutis. Pisces? Non vorabo, sed devorabor. Hispanice: *Esse pescado me mata*. Pisces. Inveniet profecto ex pisce salubre commodum, qui videbatur horribile allaturus exitium. Non est exitium vitæ, sed morbi. Non utique in perniciem, quod suopecte expellit infirmitatem. Non in languorem incidere, si in escam piscem apprehenderet: etenim cum in illicitis sit radix infirmitatis; carnem non haberet infirmam, modò in icionijs apprehendisset parsimoniam. Non egeret ad carnem carnibus, si saturaretur piscibus. Nota. *Affavit carnes eius, & secum tulerunt in via*. Via Monachorum à carnibus abstinentia, ut in meta occurrat gloria: piscisque dicuntur carnes; quia carnes Monacho pisces.

17 O quantum est in rebus inane? Væ indulgenti Superiori! In die Cineris languidiorum infirmantium nosocomium, & pridem collegium Sybaritarum! In affectationibus, sive agræ valetudinis figmentis, sunt artes insidiatoris, qui renuit icionijs expelli, & studet pravo amore cæcitatem immittere: piscisque portiones dicuntur medicamenta, quæ prius videbantur horribilia; ut constet abstinentiæ commoditas, & icioniorum utilitas: igitur quod videtur amarum adinstar fellis, fuga clarescit dæmo-

nis & expulsio cæcitatatis. *Hæc* (ait Angelus) *necessaria ad medicamenta utiliter*. Minime medicamenta, ni sint utilia. Usus carnis voluntarie laborantibus indulgetur facile pro medicamine. Medicamen, sed non utiles; quippe cæcitas immitteatur, atque demonium amplectitur. Medicamentum querendum, & medicamentum commodum, ut qui carnibus tanquam languore laborant, sanari studeant: nullumque aliud salubrius in excusationem languoris, quam apprehendere pisces. Non aliam arbitror causam in huiusmodi delicatos affectus, quam nolle aperire oculos; & fovere carnium affectionem, quasi dæmonem. Nolle in causa est, non posse præterdicitur. *Mel dulce* videtur, sed gustus fallitur: equidem apparet animæ caculentis amaritudo, quæ a dæmone ministratur carnis dulcedo.

— *Inanascunt epula sine fine petite*. Ut accinit etiam profanus lib. 2. *Satyr. 7. v. 107*. Pisces sunt alimenta & medicamina. Alimenta in frugalitatem, medicamina in ingluviem: quandoquidem esu piscium, dum labor ab esu carnum, liberantur afflicti decreto sano abstinentiæ a dæmone & cæcitate. Quid ergo pro regimine corporis? Narro num fabulam surdis? Non timent corruptelis insidiantem mortem,

Ut renovent per damnatam.

DIDASCALIA IV.

Icionium Petro de Alcantara cibus.

Mirabilis meritò dicitur, qui icionio quasi cibo pascitur: ait Eusebius lib. 10. cap. 10. Aptè Petrus dicitur Phoenix non renascens, sed vivens inter flammam amoris. *Non epulis saturare famem, non fontibus ullis*

Affuetus prohibere sitim: sed purior illum Fervor alit Solis

Succinit Claudianus de Phœnic. v. 13. *Pascitur inter lilla, cui virtutum candor esca*. Post amoris esuriam & satietatem, *Longum bibebat amorem*.

Ignorabat hancine vitam singularem Seneca, quippe mirabilis vita; dum Epist. 123. inquisivit: *Quid iuvat frugalitate ultrò mortem præcurrere, & quicquid illa ablatura est, iam sibi interdicere?* Vivere ultra hominem: equidem non-humanum, cui esca icionium, & abstinentia alimentum.

Ex abstinentia, diaboli fuga.

Verf. 5.
Icionia medicamina, ut utilia.
Ezech. 3. 3.
Horat.
Petro 2
Euseb.
Phœnic.
Claudian.
Virgil.
Senec.
Du.

2 Ductus Iesus in desertum, cum ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea esurijt. Quid ly Postea Altruit Chrysolomus Homil. 5. in Matth. Et hic Gislandis sub. 2. 1. *Quod non in icionio, post icionium secuta est esuries*. Argumentum implicatum causa effectus atque suppositorum, etiam literaliter expositio non difficilis, quia aliud est opus icionij, aliud opus ieiunantis. Ergo in proposito. Si post icionium esuries, de quo fames? Supponit prægestatum alimentum, quod post icionium. Si non prægestaverat, ieiunabat adhuc: quomodo fames post icionium in icionio? Si post icionium, iam passus: quidum passus, si icionius? Alimento insigni. Christus nutritæ fame: post icioniumque dicitur quasi manducasset, cum per nimiam necessitatem esuriret; quippequam illius toto tempore alimentum duntaxat erat icionium. *Non esurire, non erat hominis: aliquando esurire, non erat Dei*: subdit Chrysolomus: in icionioque Salvator non esurit, sed post icionium; quia icionio icionium nutrimentum. Exprihere intendit, quod diabolo occulit; esuriturque, ut pareat homo: & in icionio fugit esuritur; quoniam refici per icionium satietatem, inter homines claret supra hominem. Propter icionium non esurit, quia materia defecerat fomes calor. Propter icionium non esurit, quia esuritur in fomitem facultatis. Videndum erat miraculum: & in icionio dicitur post icionium; quia refecerat refectio. *Icionium alimentum est*, ait Ambrosius de *Elia & icionio*, cap. 8. Quid mirum si nulla fames, ubi tanta egestatis esuries? Fames nulla, & fames valida. Fames, verum non inedia; equidem per icionia ab ipsa fame ministrantur alimenta.

3 Prosequamur contextum. *Dic ut lapides isti panes fiant*, dixit Assertori N. cæcutiens diabolus. Distant fugam, quæ præbet diabolus escam: igitur panis per diaboli obsequium, non alimentum, sed saxum. A Deo tantum speranda protectio, in quem non cadit conditorum oblivio: & dum Lucifer materiam ad escam offert, Christus despiciat; quoniam ni panes laboris, præter eundem tanquam lapides. *Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod procedit ore Dei*. Insignis metaphora verbi, ut clareat virtus icionij. *Icionium verbum Dei vocat, quia si Deus veller, sine cibo viveremus, uti multos orationi & contemplationi addicor, & spiritualibus delectationibus intentos, Deus pavit, adeo ut omnem cibum humanum frigidarent*: inquit Abulen. in *Deuter. 8*.

quem sequitur hic Alapide. Verbum dicitur icionium, & verbum non nutrimentum. Quomodo igitur verbum edulium, aut daps. Quippe non tantum verbum, sed verbum Dei. Hoc discrimen inter ieiunantem, & edentem. Qui comedit, comedendo reficitur: qui ieiunat, reficitur, sed non comedit: cum verbum Dei sit insigne nutrimentum, quin sit edulium; icionij symbolum est huiusmodi verbum: igitur dum deficit ieiunantibus esca, miro & singulari modo reficiantur per icionia. Hocce discrimen signat Iocelus: *Comeditis (ait) vestentes, & saturabimini*. Ergo potest comedi, quin reficiat. Utiq; per icionia: siquidem icionijs mortificati vescuntur, quasi comedentes vescerentur. Indicat vox *Saturabimini*. Satietas indicat cibum, reficientem succo stomachum, cui inest receptioni facultas: & comedentium vescendo indicatur satietas; quoniam per icionium ieiunantes comedunt, ceterum nunquam satiantur. Hæc est efficacia verbi in escitate icionij: igitur refectio fit per icionium, quasi adhiberet alimentum.

4 Reliqui PP. & Expositores per *Omne Verbum* intelligunt Manna: quod quidem patet ex contextu. *Affixit te (Deus, dicitur) penuria, & dedit tibi cibum Manna, quod ignorabas tu, & patres tui, ut ostenderet tibi, quod non in solo pane vivat homo, sed in omni verbo, quod egreditur de ore Domini*. Quid ergo icionium cum Manna, ut collatio inter utrumque sit? Si Manna habebat omnis saporis suavitatem, non est discrimen: etenim per institutum icionium, cunctorum escarum delectamentum. Evisceretur testimonium. *Affixit te penuria, & dedit tibi cibum*. Penuria est omnium rerum inopia, potissimum si defuit, quæ ad victum sunt nec essaria. Afflictio est, si nulla penus: quomodo penuria, si datur in Manna cibus? Quia afflictio ex defectu cibi est, datur pro cibo Manna: equidem si Manna cibus, & afflictio ex icionio cibi defectus; dum studio defecerat alimentum, cibus ministrabatur per icionium. Icitè additur: *Quod ignorabas tu, & patres tui*. Hoc miraculum non cognitum; sed pro icionio exhibendum miraculum. Sciebat Israël per cibum penuriam tolli, nequaquam escitate icionij: exhibeturque cibus, dum est & instat alimenti defectus; quoniam novum ac singulare alimentum, in ipsa eadem penuria magna copia ciborum. *Ut ostenderet quod non in solo pane vivat homo* id est, quod non in solo pane sit refectio; quippe qui pascitur refectio icionij, cibo pascitur ce-

Matth. 4. 2.
Chrysol.
Icionium quomodo alimentum?
Idem.
Ambros.
Verf. 3.
Verf. 4.
Abulen.

Icionium refectio icioniantium.
Iocel. 1. 26.
Deut. 8. 3.
Car icionia conferunt Manna?
Eius conditio incognita.

lesti. Manna in verbo signatur, & afflictio ieiunij simul ostenditur. Quidam afflictio? Designanda dulcedo: igitur si in penuria delectamentum nullum, in ieiunio atque Manna est omne delectamentum.

5 Exempla miraculi Abulenſis ostendit in hominibus additis contemplationi. Unum pro cunctis fama loquitur opus. Totum Petrus. Tenuitate cibi adeo contentus erat, ut nihil edulſi caperet, nisi semel in triduo, & aliquando octavam absque cibo transigebat: ait Tamayus in eius Vita & Bagatta Tom. 2. lib. 3. cap. 3. §. 5. num. 29. Interdum accidit, ut ab omni cibo, potuque pluribus diebus abſtinerit. Asidua eius oratio, in ea nonnunquam raptus in estasi. Esurit? Non novum, dum per diuturnum ieiunium. Non esurit. Famem potest vertere in saturitatem, ait Chryſologus serm. 11. Non deficiunt vires, etsi deficiant panes. Fames vexat, sed non gravat: etenim si in fame cogitatur alimentum; Petrus reficiebatur per ieiunium. In penuria penuria non erat, quippe penuria satiabat: equidem si defectus panis principium vel origo vexationis; nulla in defectu vexatio, quoniam non in solo pane, sed in ieiunio refectio. Non ita cibatur, nisi qui fame affligitur: & dum penuria laborat, Manna manducatur igitur defectu cibi refectus pane celesti. Fames medicina victus adhibetur: inquit Plutarch. in Conſo. Sap. In Petro invertuntur influxus: cum condicio, est carnis, a fame non perſect facia; victus non indiget medicina. Ieiunium famem gignit, sed fames alit: siquidem qui nutriuntur in celum, reficiuntur per ieiunium.

6 Semper oculi Domini super iustos, etenim gratia explicatur per oculos, maxime ut eruat a morte animas eorum, & alat eos in fame. Describitur fames, simulque libertas a periculo mortis; ut eluceant ieiunij momenta, & frugalitatis commoda: igitur homo non moritur, quo mors arcetur. Vernacule. Lo que juzga que mata, le da la vida. Nihil sane facilius, ac in vulnus efficacius: uniuerturque meditante in fame ieiunij fanitas, & simul mortis animae libertas; quoniam animae propter virtutes ieiunij, liberantur estis vincula, citius a morte peccati. Ut alat eos in fame. Adimunt aliqui prepositionem In: ita ut sensus sit, non tam quod tempore famis subueniat, sed quod famelicis fame nutrimenti nutriat. Vide Lorin. Hec expositio destruit quod astruit, evertendo quod supponit. Si fames est alimentum ab alimento abstinentis, de quo fames? Fames non nutrit, pascentur

Abstinentia Petri.

Tamay. & Bagat.

Fames saturata. Chryſolog.

In ieiunio refectio.

Plutarch.

Pf. 32. 19. Ieiunij famem, anima liberata.

quibus est fames. Quomodo ex fame nutrimenti cupidus, si fame pasci? Fames oritur ex esculenti defectu, vel ciborum abstinentia: quo pacto non inedia, si pre inedia fames valida? Non in omnibus hoc sine singulare miraculum, sed tantum in illis qui nati in abstinentia prodigium, ut contigit Petro, cui fames ipsa nutritio.

Ad tantum demum virtutis adire cacumen.

Est visus, cunctos quod superaret abduc.

Ieiunabat in miram carnis mortificationem: excitabat ieiunium urgentem famem: famelique erat alimentum; quippe nutrebat corpus Petri ieiunium. Deo videlicet occultata ratione facultates nutritivas adiuvant: subdit Bonferrius in loc. Praef. Deuteron. Erant facultates nutritivae sine substantia nutriendi, & cum facultate cibi; ut pateret miraculum sine fame famelici per ieiunium: equidem cum fames Petram esurientem aleret; miraculum non quod ita ieiunaret, sed quod comederet.

7 Phrasis invenitur in Scriptura. Ecce dies veniunt, dicit Dominus: ait Amos. Si dies venient in miraculum; hucusque nequaquam visum. Quodnam ergo? Intendat prorsum devotio. Emittam famem in terram, non famem. Si fames cupiditas cibi, quo modo sine cibi cupiditate? Qua lege non erit fames in fame? Per miraculum ieiunij. Si ieiunium, adest fames, quoniam abest alimentum; & est fames & non fames per ieiunium. Fames propter defectum escae, quae appetitur: non fames, quippequam corpus esca ieiunij reficitur. Fames non fames in miraculum ieiunij, & acceptio nis celestis: igitur novum miraculum saturitas, ex quo esuriunt. Si non fames quorsum appetentia escarum? Si fames, non alimentum: cur igitur fames non fames exponitur? Ut ieiunium & non ieiunium ieiunantium, uti novum obijciatur: etenim ieiunij interveniente virtute; non tam insigne, preclarum, ac singulare, quod habentes famem, non esurirent, quam quod comederent. Occurrit S. Theresiam vidisse, cum Petrus ederet, Dominum N. Iesum Christum ei ministrantem. Consule Tamay. ubi supr. Optimus servus, ac beatus, cui ministrat & tantus & talis Dominus: habet numeratus gloria in terra, quod alij felicissime in patria.

Non ille cibus est nostro concessus in orbe.

Ambrosius libat celesti necesse vires.

8 Alcantara esurit, Alcantara comedit: & dum comedit, Theresia prodigium vidit; quippe maius miraculum, quod comederit. At hoc infra. Esurit & comedit: ieiunat & edit.

Petri alimtum

Tamay.

Bonfr.

Non novum quod ieiunia rei sed quod comederet.

Amos 3. 11.

Quomodo, nisi esuriet, esse fames?

Christus ei ministrat.

Lactant.

edit: habet famem, quae non fames, in ostensionem virtutis; siquidem non tam ex miraculo esurientis alimentum, quam per miraculum. Affixit, ut vidimus, penuria Deus Israeli, & dedit cibum Manna. Larga profecto beneficentia, sed spectabilior causa. Ut ostenderet tibi quod non in solo pane vivat homo; sed in omni verbo, quod egreditur de ore Domini. Contraria prorsum ostenduntur, etsi in utroque miraculum: equidem populus non nutritus verbo Dei, si nutrebat Manna. Deinde. In solo illo pane vixit annis quadraginta: quomodo non in solo pane vita humana? Idem est verbum Dei, ac panis ille, in ostensionem insignioris miraculi. Verbum non est alimentum corporeum, & si potens corpori producere cibum. Quo igitur pacto verbo vivens nutritur homo, si pane illo vivit procedente a verbo? Aliud est per miraculum nutrir, aliud nutrir miraculo. Per miraculum, dum in escae defectu: ac penuria praesens esca: miraculo, ubi nutritio ex ipso escarum defectu. Hoc fit a Domino verbi virtute: illud perſicitur, concessio caerulis pane. Aliud magnum, aliud majus: hicque non solus panis, sed verbi virtus; quippe non per miraculum miraculi magnitudo, sed ex miraculo.

9 Ratio obvia. Nutrire homines per miraculum, non est miraculum, ex miraculi suppositione; igitur non mirum cibus homines alit. Concessio alimenti erit miraculum, ceterum non alimentum. Nutrir profecto sine nutritio; est miraculum insigne. In miraculo dati panis celestis, miraculosa concessio, sed non nutritio. In nutritioe ex verbo erat miraculum, quippe nutritio quin haberent cibum; equidem comederant, atque simul ieiunabant. Primum, miraculum ex substantia modi: secundum, clarior ex modo substantiae. Illud, quia non substantia, sed mirabilis modis: hoc in cunctis, quoniam sique cibo cibus: miraculoque celesti dati panis additur miraculum verbum, utpote summum miraculum; igitur miraculum verbi superabat miracula, quia materia nutritionis sine materia. Alii fame maius est, quam alii cibo Manna. Miraculum esulgarum utrobique, sed sine cibo miraculum grande. In Manna ministrabatur singularis cibus: in verbo Dei erat ieiunus stomachus: maiusque per verbum demonstratur miraculum; quippequam singularis nutrimentum per ieiunium. Hinc David asserit: Non fecit taliter omni nationi. Singularitas gratia laudatur: infie Caietanus. Fecit Deus in miraculorum exhibitio-

Deut. 8. 3.

Quam mirabilis refectio ex ipso ieiunio!

3. Reg. 17. 4.

Amos 3. 11.

Matth. 11. 18.

Cap. 3. 4.

Nutritio: substantia sine materia.

Pf. 147. 20. Caietan.

ne singularia, magna, & summa: etenim nisi fit aliquando summum, illi non videtur magnum. In penuria afflictus populus erat: subsidium in Manna avidè cogitabat. Cogitavit magnum miraculum, sed non summum; equidem non cogitavit nisi cibi miraculum. Ultrà processura singularitas gratiae, ne quid tale concederet ulli nationi, scilicet refici sine cibo; nutrir sine alimento: & miraculo magno dati è superis Manna; summum miraculum additur nutritio nis verbi Dei; quoniam non tantum miracula, sed miracula summa, substantia nutriens ciborum, sine ciborum substantia. Summa, & magna. Magna in pane, summa in nutritioe verbi. Summa in cibo per miraculum; sed non miraculum summum: etenim summitas, ac singularitas gratiae; non per miraculum, sed miraculo refici. Dialecto nostra: No es el milagro admirable milagro sumo, quando no se sustenten de milagro. Altruere haccine plura, ni longius, quam par est, proveheretur Didascalia. Cogita ieiunium Eliae, & simul ministrantem cibi corporum ore, vel ex farina viduae Sarepthe. Cogita Daniele m esurientem, & Habacuc dapes per Angelum ministrantem. Cogita denique cibum ieiunantis Christi, cui post ieiunium ministrabant Angeli. Ac pro Petri Alcantarenſis gloria, & ieiunij singularis gratia, exponenda a nobis celebris antilogia.

Atque cibus sine cibo.

10 Venit Ioannes (dixit Iesus Pharisaeis) neque manducans, neque bibens. Nihil? Quomodo? Ipse Martheus pramiserat. Esca eius erat locusta. Mel silvestre. Solutionem literalem videtis apud Lucam, 7. 33. & Tom. 2. Tautolog. 7. num. 31. In ieiunio nil gustabat, & in ieiunio locustas & mel edebat? Quid hoc? Aliquando mel & locustas edebat, aliquando nil gustabat. Magna austeritas in ieiunio: verum non in solo pane vivit homo. Ioannes vivebat cum omnino ieiunaret, & cum ederet, & biberet. In utroque miraculum: at inquires, in quo summum? Quae praeſtabat, Dominus de caelo mittebat: unde Paulinus Consul. in Baptif. Carm. v. 253. accinit: Cum sua tam sevis cruciaret corpora panis, Exegit largum tempus, statuitque reperta, Quae fuerant quaerenda. Sibi vox edita caelo est.

3. Reg. 17. 4.

Matth. 11. 18.

Cap. 3. 4.

Matth. 11. 18.

Cap. 3. 4.

Paulin.

Baptif. reſcribat ieiunium.

Paulin.

Paulin.

Paulin.

Paulin.

Paulin.

Paulin.

Paulin.

Paulin.

Paulin.

Paulin.

Kkkk

pa-

parabat, maius utique miraculum ostendebat: igitur maius, sine cibo saturari, quam per miraculum edere. Ioannis vita prodigium multis, quippe omnino singularis. Spectaculum factus & Angelis & hominibus, & cum comederet & cum esuriret: equidem si cibis ad esum per miraculum, atque ex miraculo esurientis alimentum; maior stupor ex ieiunij miraculo, quoniam illotunc Baptista reficiebatur ieiunio. Singularitas gratiæ videnda per miracula magna, & per miracula summa. Dum videbant tractum per miraculum cibum; magnum cogitabant miraculum, sed non summum: & meditantur etiam additur, *Nec manducans, neque bibens*; ut eluceret summitas miraculi singularis: equidem præ cunctis mirabilibus insigne, sine refectioe refici, ac sine cibo cibari.

11 Miracula conferamus. Cum Alcantara iter ageret, & focus præ fame deficeret; *Frater* (dixit) *inter frutices illos invenies escam, qua possis famem sedare*. Vide quo supr. Ille abiens invenit limpidißimum fontem & candidißimum panem, quo S. Vir & frater ille celestis pane refecti, iter sunt hilariter profecturi. Videmus iam Petrum comedentem: contempletur ieiunantem. *Interdum accidit, ut ab omni cibo, potuque pluribus diebus abstinerit*. Semper miraculum, & quum cibo reficitur, & quum fame abunde pascitur. Dum reficitur, quia sicut *Manna panis descendit de celo*. Dum non pascitur, quia saturatur ieiunio. Miraculose refici, signum singularis gratiæ. Ad refectioem parat miraculum cælum: si non facit, elucet maius miraculum: equidem maius sine cibo miraculose refici, quam per miraculum ali. Magna & summa videnda in refectiois, non refectiois forma. Magna, cum cælum edulia daret: summa, cum nihil in nutritionem ederet: & cum panis Petro ministraretur à cælis, etiam obijcitur oculis non manducans, neque bibens; ut pateret summum, esca datâ per miraculum: igitur ieiunij & miraculorum summa, substantia cibi sine cibi substantia; O Petre! Semper in clyte præstas,

Tamay.

Bagatta.

Quomodo in Alcantara miraculose comedere & ieiunare?

Prudent.

Quod nã maius?

gratiæ è cælo nutrirî, ac refici, quam sine substantia refici, ac sine cibo nutrirî. Videat modò devotione addictus Petro, simulque exponat, quod dixi numer. 8. *Non tam ex miraculo esurientis alimentum, quam per miraculum; quippe non per miraculum miraculi magnitudo, sed ex miraculo.*

12 Alia insignia speculanda, & per opposita. Si Petrus refectus ipso ieiunio; necesse est, quòd ipso ieiunaret alimento: igitur si ieiunia Petro in cibum, cibis nequaquam erit in pastum. *David ieiunavit ieiunio*: secus contigit Petro: equidem ieiunio non ieiunabat, quem ieiunium reficiebat. *Panem ad manducandum*, dicit cogitatò Doctor Gentium. Quomodò aliter? In Petri refectioe. Manducans utique panem habebat, cæterum non manducabat. Refectio debebat respondere ieiunio: etenim si in fame ieiuniorum inerat cibis, in cibo respondebat cibi defectus. Artem promit abstinentia militum Gedeon, electorum in exterminium Madian. Eliguntur in pugnas, & coronas, qui lingua lambuerint aquas. Duntaxat lingua, ut necesse abstinentia: igitur quo gaudebat levis & leviter gustus, pro partimonia ignorabat stomachus. Hoc non est bibere, sed gustare: equidem displicet omnino stomacho, quod tantum placet palato. Quod fecerunt in aqua, claruit victoriâ. Parra actumam, cum tubis personarent, & hyarias confregissent. Lagena utpotè lutea designat hominis fragile corpus, ieiunium hydrarum ictus. Unde Prudentius in *Hymn. post ieiun. Catbemer. vers. 1168*. modulatur:

Frangit & craterem luteam laboris Grandior usus.

Videreturque in pugna, quod pridem in aqua: equidem vincunt demonum multitudinem milites, ubi ieiunij frangitur lagena corporis. *Famem nunquam satiavit, aut sitim Petrus extinxit*: dicitur loc. cit. Ita comedeat & bibebat, ut nec comederet, nec biberet, sed potum tantum escamque gustaret: quomodo potus vel cibis esurienti, atque sitienti, quæ nec gustus? Esurire sanè famem, & sitit lactando sitim; quandoquidem hausta & esca nequaquam usui, sed illecebra palati.

13 Petrus non expellens, sed fovens in pastu famem, secutus est Apostolorum Principem. *Cum esuriret, voluit gustare*. Non comedere? Comedere utique, sed nimis parè: etenim in exemplum sobrietatis, vel dum latrabat esuries, sumendo cibum, gustu lactabat stomachum. Comeditur, dum cibatur stomachus, ex his quæ non respuit

1. Reg. 12. 16.

2. Cor. 9. 10. Quomodo ieiunium cibis & contrariet?

Iudic. 7. 5.

Vers. 20.

Prudent.

Tamay.

Act. 10. 10.

gustus: & quem cibum Petrus esuriebat, edens duntaxat gustabat; quoniam præ sobrietate, cibis illi gustus cibi. Qui gustat cibum, non comedit: comedit, qui in refectioe esuriendo recipit: & dum Petrus cibum edit, gustus duntaxat proponitur; quia vel dum cibum sumebat, nequaquam reficiebatur. Non sumebatur propter cibum cibis, sed ut subsisteret corpus: & cum cibum esuriret: tantum edulium gustare voluit; quippe sat in corporis subsidium, de cibo gustare tantum. In verbis non tam exponitur cibi paritas, quam Petri sobrietatis: non tam esca tenuis appositio, quam esurientis in esu mortificatio: & dum esurit cibum, gustare duntaxat voluit; ut comedendo esuriret. Etiam dum urget natura necessitas, regnat sobrietatis voluntas. *Voluit gustare*, dicitur: & fames in esca est, quoniam esurire vult. Qui esurit, vult escam in alimentum, non cibi solummodo gustum; quia alia voluptas palati, alia refectio ventriculi: gustareque cibum voluit, cum esuriret; quippe cibum & famem miscere voluit; igitur levi tactu, leviore ciborum gustu, ita gustando comedis; quasi nec cibum gustasset.

Partimonia Petri Apostoli.

Ubi supr.

Agg. 1. 6. Ar. Mont.

Unde non cibis in cibis?

14 *Comedetis vescentes, & saturabimini*: ait, ut vidimus, *Ioël. Comedistis, & non estis satiati: bibistis, & non estis inebriati*: dicit Aggeus. Arias Montan. *Comedistis, quasi non comederetis*. Alij vescentes edunt, alij comedentes nihil comedunt. Quomodò non cibis, si proponitur esus, vel quid novum, quòd comedentes saturentur, si vescuntur? Aliquid novum, in mortificationis exemplum. Comeditur, dum cibi dulcedo blanditur suavi palato. Vescitur homo, stomacho prægustatam recipientem mollior escam, ut exugat in nutritionem substantiam; quippe fatietas ex refectioe stomachi, haudquaquam ex voluptate palati. Satiataque ex refectioe proponitur; quoniam homo qui nutritur, non comedit, si non vescitur. Non satur, cuius cibis demulcet palatum, & stomacho ludibrium: saturanturque qui comedunt vescentes, & minime qui degustant quæ comedunt manducantes; quoniam gustantibus cibum, gustus non est alimentum. Non vescuntur qui comedunt, comedunt solummodo qui vescuntur: equidem cum gustus eladat famem, in amplioem carnis mortificationem; non vescuntur, gustatis cibis, ut edant, sed ut esuriant. *Comedistis quasi non comederetis*. O Petre Apostolorum Princeps! O Petre Alcantarensis! Igitur si victus famis medicina, ac in esuriam destinatur esca; ita post come-

sionem latrabat præ fame stomachus, quasi nullus fuisset cibus. *Qui edunt me, adhuc esurient; & qui bibunt me, adhuc sitient*. Hæc est saturitas gustantium escas, & lambentium aquas: saturare fame famem, & sedare siti sitim. Conceditur voluntas in ieiunium, ut fiat esurientis rationabile obsequium: iccirco Prudentius quò dudum canit:

Ergo ne limum fragilem solute Deserant vires, & aquosus albis Humor in venis dominetur, agrum Corpus eneruans, Laxus, ac liber modus abstinenti Ponitur cunèlis, neque nos severus Terror impellit, sua quemque cogit Velle potestas.

Ecclesi. 24. 29.

Prudent.

Alcantara ardea famis sit.

Picinnell.

Quo plus premitur, ieiunio vel panis sui?

Tamay.

Patet & eminet Alcantarensis necessitas, & etiam necessitatis voluntas: etenim si necessitas, ut edat, & voluntas ut esuriat; pro cruciamine carnis (& fami appositis escis) dum urgeretur comedere, voluit duntaxat gustare.

15 Cruciamina delicias, delicias cruciamina reputavit. Ideò Novarinus in *Umbra Virgin. Excurs. 38. n. 381*. inquit: *Ieiuniorum amicus non erit à deliciis ieiunus*. Ardea tendit in altiora, si caret esca. Quare de falcone in *Mund. Symbol. lib. 4. cap. 27. n. 342*. ait Picinnellus: *Alta peti impastus*. Quid mirum, quòd Petrus Empyrium ecstasice penetraret, si nec comedendo comedit? Hinc oritur qualitio, ex suppositione difficilis captu. Unde Petrus magis premebatur: cum ieiunaret, vel cum comederet? Cum ieiunaret cruciabatur fame; verum nutriebatur esurie: nequitque dici cruciaminis, vel doloris acerbitas, si ex dolore, ac afflictioe voluptas. Ergo dum comedit, cibus plus quam inedia premit; dolorisque urget severitas, quoniam habebat, quas toto corde averfabatur delicias. Ostenditur etiam præfatio miraculo: non ieiunus, sed vescens muneratur à Christo. *Dum S. Vir in domo cuiusdam nobilis ederet; D. N. Iesum Christum Theresia vidit, qui S. Patri manu propria ministrabat esculenta & poculenta, & alia ad esum necessaria, linteamque ad manuum abluionem præbebat*. Si gratia iuxta laborem, corona iuxta luctamen; maior apparet afflictio in pastu, quam in ieiunio. Intende in auctoritatem. Christus ministrabat esculenta & poculenta & alia ad esum necessaria. Quæ alia necessaria ad esum? In esum movere virum: igitur dum gustans cibum, non vescitur; plusquam ieiunio, esca gustatâ cruciatur. Conclusio mirarum astraet philosophia. Fames est appet-

Kkkk 2

ten 2

Quid sit fa- mes & sitiis

rentia calidi & siccitatis: fitis verò frigiditatis & humiditatis, juxta Aristotelem, 2. de Anim. Vide Pavonium in Theolog. natural. distinct. 4. numer. 1779. & 1780. Nulla appetentia, dum extinguatur (unde Virgilius, 8. Aeneid. v. 184. succinuit: Postquam exempta fames, & amor expressus edendi.)

Virgil.

Aliqua appetentia, dum fovetur: potentior, dum excitatur: graveque tormentum in ipso cursu revocare impetum. Quare maris, quam in fame, ex cibo Petri certamen; quippe suffocabat impetum appetitum vehementer.

3. Reg. 17. 2.

16 Optime cogitationi se offert causa instantis mortis, exposita à vidua Sarepthe defectu panis. Vivit Dominus Deus tuus (dixit Elia) quia non habeo panem, nisi quantum pugillus capere potest farina: :: en colligo duo ligna, ut ingrediar & faciam illi mihi & filio meo, ut comedamus & moriamur. Vita, non mors ex cibo: sed inuit in cibo & morte quanta sit mortificatio: equidem tormentum videtur mortis, fumere buccellam panis. Dum materia sic exigua, non erat pane cibari, sed naturam refici: articulusque confertur instanti morti, ut constet doloris acerbitas, dum lactat cibi voluptas: igitur sobrietati, & parsimonie, mirabili austeritate, mortis inflat gravis pena, ipsa refectio horat. Mirabilem dixi, utpotè adversus ordinem conditionis humane: etenim si ex cibo refectio, atque corporis voluptuosa nutritio; vehementiorem patitur natura dolorem, unde ampliore recipit ex refectioe dulcedinem. Sit ergo: verum inflat argumentum adhuc in famis articulo. Panis in subsidio conditionis deest; igitur nil plus, quam quod pugillus capere poterat. Si illud non ederent, citius interirent: quomodo si brevi pane cibatur, citius qui pasti morientur? Quia fames, dum ardet, non extinguitur, extinguit. In fame urentè comedere parum, non natura subsidium, sed tormentum: quippe appetitus irritatur, non comprimitur; sicut aspergine aqua in igni vehementi contingit, qui contrariis, quicquid extinguitur, ardet: sumpto profecto in fomitem, quicquid habebat contrarietatem. Inimicus in pugnam iuvatur, quia non compefcitur. Sumit vires, ex mulcimine sonatis, ubi intenditur cibo famis confringi vires. In appetentia cibi mors est, ubi non est sat: parumque cibi vescentis dicitur mors; quippe cibi parcitate famen non erat extinguere, sed movere. Mors est ultimum malorum inter ingenia cruciaminum. En mors viva, modo in fame

Tormentum abstinentis, bona refectio nis corporis.

Sarmitis in pasta abstinentia, non reficit, & irritari.

excitata desit sufficienter esca. Parvo vehementes fames non reficitur, sed vehementius excitatur: & dum pugillus farinæ in cibum habetur, comeditur, ut comedentes moriantur; quippe extremum in vitalitate tormentum, compefcere in fame appetitum excitatum. In ieiunio fames quasi emortua, quia inedia mortificata. Reviviscit, dum reficitur stomachus, quippequam incendit provocazione cibis: & esca sine sufficientia in pastum, obijcitur ut manducantis tormentum, ducens statim in mortem; igitur fami pro cibo addit vehementiorem famem. Hic est panis tribulationis & aqua angustie, dum aliquis siti & fame premebatur in carcere. Non tribulatio ex ieiunio pane & aqua; sed ex aqua atque panis angustia: equidem cum non reprimerent, sed irritarent famem; ex cibo & potu non recipiebant iuvamen, sed saporem.

3. Reg. 22. 27.

17 Non manducans, neque bibens dicitur Baptista, cum comederet locustas & mel silvestre. Aliquo, estò modico, nutritur, & nihilo pasctur? Utique. Maior tribulatio ex esca, quam ex inedia per instituta ieiunia. Non comedit, qui in refectioem non comedit: qui adhuc bibendo sitit, non bibit: diciturque vivens sine cibo & potu, dum utitur ita parca potu & cibo; quoniam nec sitim bibendo extinxit, nec famem usquam satiavit. Non quod sat utriusque sumpsit in cibum & potum, propter singulare in ieiunio ieiunium: equidem stomachus nesciebat, quod palatum degustabat, sapore excitante appetentiam: & stomacho non recipiente substantiam: Baptistaque dum bibit & comedit, nec bibit, neque comedit; quippequam pro potu sitis, & maior fames in extinctionem famis. Venit Ioannes neque manducans neque bibens. Venit filius hominis manducans & bibens. Quis enim arctius docuit abstinentie formam? Maior utique perfectio per Christum, quam per Baptistam. Qua lege, si hic non comedit nec bibit, & Christus bibit & edit? Concupiscentia Ioannis erat quasi sepulta in ieiunio, igitur saepe vivebat sine cibo ac sine potu. Christi in occasione à ratione duce, ce cibi & potus movebatur appetitus: maiorque patet Christi forma perfectionis, dum utitur poculentis & cibis; quoniam ex usu gustus palati compefcitur, dum ex utriusque appetitu vehementior excitabatur.

Ubi supr.

Quid sit singulare ieiunium?

Verf. 18.

Quare di- rior vexatio ex cibo, quàm ex ieiunio?

18 Occurrit, & volupe, actio singularis Assertoris nostri, dum laborabat in siti. In Calvarium processit exanguis iamiam in limine mortis. Pietate crudeli, sive larva pietatis dederunt ei vinum bibere cum felle mi-

Matth. 27. 34.

Christi tormenta eius amoris blandimenta.

Gravis carni mortificatio ex cibo degustato, sed crepto.

mistam: & cum gustasset, noluit bibere. Si bibere volebat, quare degustat? Quia voluit gustare, renuit bibere. An pra potus acerbitate? Nullatenus: magis placeret, quia mistus cum felle potus; liquidem maiora & acerbiora tormenta eius amoris blandimenta. Cur ergo qui sitiens, potum etiam amarum appetit, gustat tantum, & non bibit? Ut constet, quanta in Alcantarensi virtus, dum ori sitienti applicatur potus. Si Christus biberet appetens, sanè satiaretur sitis: degustando, & non bibendo, appetitus excitaretur, ceterum non satiabatur: & non bibit, dum degustat, & sitis gravat; quippe maior ac vehementior appetitus sitientis mortificatio ex irritato potu, ex irritato appetitu. En speculum mortificationis Petri: equidem prius eligeret nec bibere nec cibari, quam sic comedere & bibere. Nunquam satiavit famem, nec sedavit sitim, semper mortificationem Iesu in corpore circumferens, sive esuriens, sive sitiens; ut vita Iesu, quem sic amulabatur, etiam in corpore manifestaretur. Nec comedens nec bibens bibeat, & comedebat; sed apposita gustabat: igitur ex appetitu excitato in voluptatem, tantum oprabat carnis morti-

ficationem. Alijs mel dulce: Petro nec dulcedo in melle: equidem etiam vitabat varijs ingenijs saporem, quòd ignoraret, an mel haberet dulcedinem. Cuncta invertent: igitur tantummodo qua cruciamini, videbantur ut mel dulce. Rota volubiles erant gustus & stomachus. Ubi cibus demulcebat palatum; saporem duntaxat delibabat ciborum, & non cibum: verum si quid in nutritionem deglutiebat, cinerem nonnumquam tanquam panem manducabat. In Petro inolitum, quod in alijs videbatur ut miraculum: etenim sibi non indulsit in subsidium,

Ezech. 3. 7.

Cap. 10. 13.

Pf. 101. 10.

Nec quantum sitis atque fames & frigora poscunt.

Iuvenal.

Aliud natura, aliud sapientia dicit. Acribus exemplis video te claudere.

Quod negavit natura, concessit de celo gratia; ut singulariter claresceret Petrus, cuius cibus ieiunium; ieiunium, cibus. Dicam cum Luciano 4. Pharfal. v 373.

O prodiga rerum Luxuries, nunquam parvo contenta paratu; Et que sitorum terram, pelagoque ciborum

Lucan.

Ambitiosa fames, & laute gloria mensae! Discite, quam parvo liceat producere vitam.

